



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Sanctense Collegivm In Ducatu Iuliacensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**



Impp. in Christianos per prouincias fœuientibus. Sacrum eius corpus B. Eligius Noniomenfis ac Tornacensis Episcopus diligenter quæsitum repperit, loculoque inclusum Seclinij collocauit; instituto ibidem Clericorum siue Canonicorum collegio.

*S. Chrysolius*, Tornaci, alijsque Flandriæ locis Christi doctrinam disseminauit, & ab impijs cæsus; Cominij ad Lifam Fl. est conditus, à B. Eligio pariter eleuatus. Historia martyrij eius ibidem exstat, in collegiata Canonicorum basilica. Itaque iure optimo SS. Piat & Chrysolius Tornacensium & vicinorū Flandriæ populorum Apostoli sunt nuncupandi. De hoc Tornacensi collegio consule Molauium in natalibus sanctorum Belgij.

## CAPVT VII.

SANCTENSE COLLEGIVM IN  
*Ducatu Iuliacensi.*

**S**anctense opidum, ad Rhenum Fl. à S. Victore eiusque socijs CCCXXX. Thebæ legionis militibus, eò ferè loci, Diocletiano & Maximiano Impp. pro Christo occisis, sic dictum, ex Colonia Traianæ rudibus natum creditur.

In horum Martyrum honorem insigne Sacerdotum collegium *S. Helena* Constantini Magni Imperatoris mater instituit; quod & Constantinus priuilegijs exornauit; vt fusè narrat



narrat Stephanus Pighius, Canonicus Sanctensis, in Hercule suo Prodicio, à Plantino Antuerpiæ excuso.

**SECCINGENSE COLLEGIVM, CA-**  
*nonicorum & nobilium Virginum Canonissarum in Germania.*

**S**Ecanis vel Secanica insula in Rheno sita, à secato Rheno dicta putatur. Seccingen-  
 se cœnobium, à *S. Fridelino* Scotorum & Hi-  
 berniæ Regis filio, Philosophiæ studijs præ-  
 clarè imbuto, & Ecclesiasticæ vitæ inprimis  
 studioso, petegrinatè plantandæ religionis &  
 propagandi Christianismi ergò inchoatum  
 est, anno Domini 495. confirmatumq; à Re-  
 ge Galliarum Clodoueo. Docuit Fridelinus  
 iste circumquaque in Gallijs, tandem Picta-  
 uiam venit ad *S. Hilarium*, vbi postea in eiuf-  
 dem cœnobio pater monachorum exstitit, &  
*S. Hilarium* è terra leuauit, ac magnificum  
 ibi cœnobium Clodouei subsidijs erexit. Dis-  
 cedens postea inde in Belgicum, primùm ad  
 Mosellam venit, à quo anno non procul rur-  
 sus in honorem *S. Hilarij* aliud monasterium  
 inchoauit, quod hodie Hilariacam vocatur,  
 idque *S. Naboris* cœnobium esse existima-  
 tur. Relinquens verò & hunc locum, paulò  
 post in Vosagi altis cacuminibus templum e-  
 tiam *S. Hilarij* erexit. Venit autem & Argen-  
 tinam, ibique simile templum condi curauit.

B

Inde